

## Reuerendo in Christo

patri suo domio **S**erardo dei gratia episcopo. Sabinen. **G**uido. de Baiiso. bononien. Archidyaconus suus clericus et capellanus cum re-

commendatione sui utriusque hominis sospitatem ac animi sui licentia. et debita correctione attendere presens opus. **J**uxta beatum **A**mbrosium. **O**mnis ratio superne scientie ut terre ne creature in eo qui est earum caput et auctor. ut. xxxvij. di. **S**ed contra. alias incipit hinc etiam. **E**t ubi idem caput dicitur quod est fundamentum et lapis angularis ibi nullus boni operis edificium superedificare potest. ut dicit **G**regorius. i. q. i. cum **P**aulus. ad honorem ergo summe trinitatis et individue unitatis patris et filii necnon sancti numinis. et apostolorum principis protectoris mei. et ad laudem et ad stabilitatem vniuersalis ecclesie sponse **C**hristi. quaz **C**hristus deus noster vere fidei rector sibi vni desponsata et in tacta virginem seruat xxvij. di. ecclesie mee. que etiam irregatur quatuor fluminibus paradisi. ut colligitur de concel. di. iiii. ecclesia. necnon ad laudes et memorias paternitatis vestre quaz largitor cunctorum bonorum multis insignis predotauit eo quod ipsas fecerit virtutum operatione preclaram. humilitate preclara. euangelizante pacem. dissensiones et rixas et scandala recusantem ut de ipsa presagebat. **H**ieronymus. xxiii. di. dyaconi sunt. in prin. **E**go qui inter iuris canonicos professores me reputo minimus et prolixus insufficientes ad tanta onera supportanda. **C**onsilium tamen de melliflua largitate illius qui da omnibus assuenter et non improperat. i. q. ii. q. pio. **Q**ui dixit. **A**peri os tuum et ego adimplebo illud. **Q**ui etiam calculo sumpto de altari carpic tangit. et mandat labia imperfecti. ut historie recitatur. viii. q. i. in scripturis. in si. non auiditate laudis consequende. sed charitate seminande veritatis. xxxii. q. iiii. obijciunt. libenti humero onus grande subire procuravi ad utilitatem studere volentium in aureo volumine decretorum. ad memoriam reducere quod nemo nascitur sibi soli. ar. ad hoc. viii. q. i. in scripturis. in xta prin. **E**t sicut plene nouit vestra paternitas genium doctorum attestatur quosdam alloquentes in hec uerba. **N**olo vos ignorare fratres. quia patres nostri omnes sub nube fuerunt de consecra. di. iiii. nec que. circa si. **S**ed ubi vox occurrat ignea claritates non opponere. procurauerunt. multotiens ignota per ignotias et aliter que debeant exponentes. contra id quod

dicit **H**ieronymus. quod vino inebriantur qui scripturas aliter intelligunt que se habent veritas. ut legitur. xxxvii. di. vino. **E**t dicit beatus **C**lemens quod ex scripturis non debemus querere sensum extraneum. sed ex ipsis scripturis debemus sensum capere veritatis ita tamen quod ubi quis vera dixerit falsa et simulata declinet. ut. e. di. relatum. **I**deo cum maximo studio et labore ipsorum nostrorum patrum antiquorum et modernorum reuoluens volumina sententias textuales. necnon glosarum commentarum declarationes. suppletiones. necnon enodosas difficultates elicere. procuravi. vnicuique reddens quod suum est. xii. q. ii. cum deuotionem feminam. et hec signa additionum et glosarum in hoc opusculo demonstrabunt. **E**t si que gloselle seu remissiones sine certo signo comperiantur in eo quod benedicens oro ut vestra paternitas soli principio veritatis dignetur ascribere quod linguas balbutientium facit disertas. et per linguas infantium loquitur veritatem. ut. iiii. q. iiii. in si. **S**ed obijciunt. naz et omnis mundana scientia falso sibi vendicat picie principatum qui solus. puenit de. prouidentia trinitatis. ex cuius prouidentia triumphamus si qua uera et ineffabilia. promulgamus. ad cuius laudes deficit omnis caro cum sit incomprehensibilis. ut in concilio legitur generali. ex d. summa. trini. et fide catho. c. i. **S**ed quis in operibus hominum nil fiat ad bonum aut licitum cui non possit aliqua pernicies irrogari ut satis potest colligi. xxiii. q. v. de occidendis. in si. **N**am idem pater qui creauit bonum ipse creauit et calices. ut. xxiii. q. iiii. qui secundum carnem. **T**amen quia ingenolium meum aliter ad culmen non potest peruenire veritatis nisi hoc alterius eraserit lima prauitatis. ut secundum **G**regorium. transumptiue scribitur. vii. q. i. **S**ed cum autem. iuxta prin. intra licentiam clausula recludi nescimus. vii. q. i. ibi adanati ad campum certaminis confidenter accedo. ubi certorum patrum sententiarum seu oppositionibus defensor considerens quod liber tanto sit gratio: et acceptio quanto omni pene doctorum a stipulationibus constat esse floridior. **Q**uem siquidem campum ad vestre paternitatis gloria disposui decretorum rosarium nuncupare. ut sicut rosa inter ceteros flores obtinet principatum. sic noster certaminis campus preemineat inter alia opuscula composita a modernis. in quo supfluitantibus euulsis radicibus granum discutatur a palea. vinum a fece defecabitur. et colorum seu nominum sematibus non attentis meo iudicio sola veritatis medulla cuius est amica simplicitas continet. **D**icam ergo principio nostro sit spes virgo **M**aria. cui principio. medio. atque fini assit. et firmet **P**etrus vicari. **I**esu christi. **E**stote ergo memores honestatis vestri et mei aliquis vestri capellani. ut per hec et alia bona que feceritis in hac vita. in celo possitis cum angelis collocari. **I**nter quos in futuro iudicio vos requiram. **A**men. hoc enim verum est siue erit. de conse. di. ii. reuera. i. si.



**I**ncipit concordantia rē. scilicet nunc. vel dicas in  
cipit concordia. l. compilatio et in vnum reductio.  
canonum discordantium scilicet olim in diversis co  
pilationibus et locis positum et dispersum. de iure con  
stit. scripte vel etiam diuine scilicet iuris naturalis. nature. iur  
tis consuetudinarij. vel. l. humane legis scripte siue nō scrip  
te. p. **U**el dic planius. **T**ractaturus Gratianus de iure ca  
nonico legum ecclesiasticarum consusam materiam siue dis  
sonantiam. in luculentam consonantiam erigere intendit in  
hoc opere quod ex ipsa rubrica apparet dū dicit sic. **I**ncipit  
concordantia discordantium canonū quam solaz ad omnia  
que in opere hic continentur sufficere ei visum est. et licet in li  
bro decretalium et in alijs libris legalibus secundū mutatio  
nem materiarū singule varianē rubricas. hic tamen non sic.  
sed earū mutationes per distinctiones distinguit et per que  
stiones ex thematibus dicitas istam rubricā ad omnia iuse  
rias postā credens sufficere cū io distinctionibus siue i cau  
sis hoc sit sola eius intentio. dissonantius canonū ad concor  
diā reuocare. mirabile tamē videtur qd saltem tres rubricas  
in hoc opere non posuerit cū materia canonū triplex sit mi  
nistriū videlicet discretio. ut in distinctionibus. negotiorum d  
cilio. ut in causis. sacramentorum cruditio. ut in tractatu de  
cōse. **S**ed quare hoc fecerit ex predictis liquet apte. **I**n his  
enim omnibus ad hoc solū nūtur. ut canones discordantes  
ad concordā reuocet. fm Jo. de fa. **A**d huius dicti intelli  
gentiaz dicas qd in eadem ciuitate sub eodē rege. duo popu  
li sunt. et secundū duos populos due vite. secundū duas vi  
tas duo principatus. et secundū duos principatus duplex  
iurisdictionis ordo procedit. **C**iuitas ecclesia ciuitatis rex.  
christus duo populi duo in ecclesia ordines clericorum et lai  
corum. due vite spiritalis et carnalis. duo principatus sacer  
dotum et regnum. duplex iurisdictione diuinum ius et huma  
num. redde singula singulis et conuenient vniuersa. **D**e iur  
re humano varie ac consule in constitutionibus principum  
et in respōsis prudentum multa leguntur. **D**e iure autem dī  
uino dicendū est. et quidē in primis de origine ipsius et. pces  
su diuini iuris. originem quidam a principio mundi cepisse  
dicūt. **C**ū. n. **A**daz de inobediētia argueret a dño quasi ac  
cusationi exceptionē obijciens relationē criminis in iugē.  
immo in iugis auctore cōuertit dicens. **M**ulier quam de  
disti mihi in focia ipsa me decepit. et comedit. siqz litigadi. ul  
ut vulgariet dicamus placitandi forma in paradiso videtur  
exhorta. **A**lit dicitur a veteri legi iudiciorū ordinem iuriaz  
habuisse. ait. n. moyses in ore duorum vel triū testū stet om  
ne verbi. ii. q. iiii. in pan. **I**n nouo quoqz testamēto **P**au  
lus apostolus ait. **S**ecularia ergo iudicia si habueritis con  
tēptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandū.  
i. ad corin. xvi. c. xi. q. i. §. ex his. **A**lij cōpendiosius ordi  
nantes diuini iuris originem a primitiua sumunt ecclesia. cuz  
enim cessante martyriū persecutione. ecclesia respiraē cepisset  
sub **C**onstantino imperatore ceperunt patres secure puenire  
conclia celebrare. in eis pro diuersitate negotiorū ecclesiasti  
corū diuersos canones ediderunt et scripserunt. sed canonū  
seu decretorū quedā sunt psonalia. quedā. generalia. psona  
lia sunt qd psonas non trāsgrediunt. nec ad exemplū trahūt  
i. q. i. §. sicut ergo. xvi. q. ii. non exēplo. sicut ē de privilegio  
speciali. siue datū sit psonē. vi. vii. q. i. penult. siue datū sit col  
legio uel loco. vi. xvi. q. i. binc est. generalia sunt que vniuer  
sitate pplectunt. s. ut quilibet obediat suo episcopo. xci. di.  
nulla. xi. q. iiii. si aut. vt nullus loquat euz excoicato. xi. q. iiii.  
cū excoicato. **I**te quedā sunt inspicienda ex loco ex tēpore.  
et. xxi. di. c. i. **I**te quedā sunt secundū imperiū dicta. qdaz  
fm phibitōez. quedā fm indulgentiā. quedā fm consiliuz.  
**Q**uatuor ista recipiunt quatuor genera hominū. quoz qui  
dā sunt pfecti. quidā pficiendi. quidā infirmi. qdā reprobi.  
p consiliū cōmēt data sunt pfectis. que pceptū pfiēdis. q

permissioez infirmis. que phibitionē reprobis. **S**ecundū  
imperū sicut de debito cōiugal reddendo. xxxii. q. v. si di  
cat. **S**ecundū phibitionē. sicut de vxore nō dimittenda ex  
cepta fornicationis cā. ut. xxxii. q. v. pceptū. et de nō acceden  
do ad aliā. vt. c. cā. z. c. q. nō mechaberis. **S**ecm indulgen  
tiā. sicut de pmissione coitus cōiugal qui fit cā incōtinen  
tie. qui pmitit vt grauius vite. xii. di. nemi. **S**ecm piliuz  
ut de nō ad mītēda cōiuge infideli cohabitare volē. i. xviii.  
q. i. sic eni. z. c. tā nunc. et de capiēda cōtinentia. xxxii. q. i. in  
tegritas. z. xxxii. q. v. qui sitis. **I**te quedā dicta sunt fm iusti  
cie rigore. z. quedā fm misericordie moderatiōe. fm iusticie  
rigore. sicut de criminoso qñqz post baptisimū etiā pacta pe  
nitentia. nō ordinādo. xxv. di. primū. xlviii. di. qm. i. q. vii.  
si quis omne. et de simoniācis in suis ordibus nō tollerādis  
i. q. vii. si quis oem. z. c. requirit. **S**ecm misericordie mode  
ratiōem. vt de criminoso post penitentia tolerandis et pmo  
uendis. l. di. pōderet. z. c. dño sancto. xxxiiii. di. fraternitatē.  
et de simoniācis tolerandis. i. q. v. c. i. z. vlti. **I**te quedā capi  
tula sunt date sentētie. ut. xvii. q. iiii. si qui suadente. quedaz  
dande. xxx. di. p totū. hac distinctione cognita oia ad conso  
nantā reuocant fm. h. z. io. d. fa. z. hic etiāz videre potes qd  
no. de hac materia in **S**pecu. rubrica de disputat. z. alleg. §.  
post bec. vlti. z. generaliter omne contrariū rē. ibi videas. **E**t  
nota qd magister istud opus suū diuidit in tres ptes. i. i tra  
ctatū de ministerijs ecclē. qui centū z vna distinctione dilataē  
z tractatū de neg. ecclē. tā clericoz qz laicorū. puta de n. atri  
monio. qui tractatus. xxxvi. causis terminat. z tractatum de  
sacramentis ecclē. qui quicqz distinctionibus cōsumatur.  
**P**rima vero ps q appellat tractatus distinctionū siue trac  
tatus ordinandoz in septē ptes diuidit principales. **I**n qz  
prima tractat de iure et speciebus eius. et de differentia ipsaz  
specieū ad inuicē. z bec extendit usqz ad. xxi. di. **A**b illo lo  
co tractatur de officiis ecclesiasticis vñ originēz habuerunt.  
z quare sic appellata sunt. z assignat differentia officioz. tra  
ctat etiā qualiter exaiandi sunt illi qui debent ad alia officia  
pmoueri. z quid pincat ad vniquodqz officium. z extēdit  
illa ps vsqz ad. §. nūc aut. xxi. di. z est secunda ps ab illo au  
tez loco tractat de origine z officia episcopali specialiter. que  
z quot in episcopo requirūt. z ppter hoc tractat ibi. xiii. capi  
tula aplice regule. z extēdit illa ps vsqz ad. l. di. inserit tū in  
xvii. di. vsqz ad. xxxv. di. de cōuētia clericorū. z ē tertia ps  
**A**b illo aut loco qm lapsus in heresim ipedit pmouenduz  
z etiā deicitā promotū nisi postea reparē iō tractat de lap  
sis ut dicit vtrū z quō valeat reparari. tractat etiā d alijs ipe  
dimentis ordinandoz. s. de bigamis seruis publice penitē  
tibus. filiis pbyetroz. coepe viciatis. z quibusdaz alijs que  
impediunt ordinandos. z extēdit bec ps. iiii. vsqz ad. lx. di.  
**A**b illo aut loco tractat a qbus gradibus z ad quos grad  
sunt clerici pmouendi. z quā. pmoio fit p canonicā electio  
nē. z tractat ibi de electiōe z diuersis formis electionis. z ga  
electionē sequit ordinatio z cōsecratio. iō tractat ibidē a qb  
debeat fieri ordinationes z cōsecrationes z. qūter z quo tpe  
z extēdit ista quita ps vsqz ad. lxxi. di. **A**b illo aut loco re  
capitulat. xiii. capi. aplice regule sub breuiloquio. z extēditur  
ps illa vsqz ad. xciii. di. z est. pars vi. **A**b illo aut loco qm in  
ter ista officia ecclesiastica z istos mīstros. quidā sunt maio  
res. quidā minores. minores vō debēt obediētiā maiorib.  
ppter hoc tractat de obediētia quā debēt minores maiori  
bus tā rōe ordis qz rōe administrationis. z bec est pars. v.  
z vltima. **E**t ut plenius dicam est sciendū qd circa librum  
quez in manibus gestamus bec atēdēda sunt. s. que sit ma  
teria Gratiani in hoc opere. que ipsius intētio. que vtilitas.  
que causa operis. materia eius sunt canones z decreta z de  
cretales epistole. quaz differentia legisti. s. **A**utoritates eti  
am sanctorū patrū qui qbus vim z potestate cōdēdi cano  
nes nō habuerit non nimis tamen in ecclesia locū habent.





Intentio eius est diuersas diuersorum patrum regulas in q̄ plurimis locis vage passimq̄ diuersas ordinata quadā dī spositione componere. et eorū contrarietates intricatis disti- cionibus minuire. Utilitas est scire ecclesiastica negocia. dī iure canonū tractare. et tractata canonice diffinire. Causa hu- ius operis est cum per ignorantia ius diuinū iam in desue- tudine deuenire. et singule ecclesie cōsuetudinibus potius q̄ canonibus regerentur periculosus id reputas. Gratianus di- uersos codices cōsilioꝝ et patrū capitula p̄nētes collegit. et que magis sunt necessaria atq̄ videbātur in causis deciden- dis. in hoc volumine cōprehendit Guido de balfo.

Di. i.

### Humanum genus.

**H**umanum genus. Pater Gratianus intendēs prouide- re statū vniuersalis ecclesie compilauit hoc opus de quodā magno volumine decre- torū in quo erat omnia cōcilia et canones apostolorū. dī quo habet. xix. di. c. i. Postea Gratianus posuit alios canones et cōsultationes romanorū pontificū. inter quos inseruit. xx. canones apostolorū. s̄ quia p̄ ista tria genera canonū i cau- sis plena nō habebat discussio. Idcirco posuit auctoritates sanctorū patrū que hodie obtinent vni canonum. xx. di. c. i. Sed q̄ sancti patres de spiritalibus plus q̄ de tēporali- bus differuerūt idcirco posuit leges imperatorū et iuriscōsul- torū de. ff. et. C. de autēnticis. et de cōstitutionibus. et etiā dī no- uellis. vt enī sponsa xpi plenius resfulgeret cōsultationū p̄- cipum recipit famulatu. xvi. q. i. §. nouarū. et q. iij. nemo. et in multis alijs di. in corpe decretorū. Et ad horū darioꝝ de- clarationē scire debes q̄ inter alia laudabilia opera. q̄ fecit quidā Iuo noie qui fuit episcopus carnontensis decreta apo- stolica abbreviādo cōpilauit et ordinauit que p̄tius yfio. in vni magiū volumen redegerat nullū alium ordinē habens nisi fm tēpora romanorū pontificū quibus data fuerant per successiones tēporū. de hoc volumine decre. yfio. fit mētio. xix. di. c. i. hec Iuo abbreviāuit. ga sine magno sumptu scri- bi nō poterāt. et hec p̄ capitula distinxit. et multas sanctorū sentētias inseruit. et quia hoc etiā nō parue quātūtatē erat opus. Idu. cathalañ. ex eodē volumine abbreviāto libellum portatū legitur composuisse. qui summa decretorū Iuonis appellat. Post hoc autē noster pater Gratianus fecit vt pre- dixi que vltimo dixi. sic scripsit Iuno. in suo historiarū li- bro. Scias tū q̄ ante istā cōpilationē fuit alia compilatio q̄ vocata est breuiatio canonum fulgentii. de hac legitur. xij. di. §. cū ergo. Item fuit alia canonū compilatio compo- sita a Bucardo ep̄o guarnacensi. de quo legit. lxxij. di. in no- mine. in p̄in. et illā compilationē nomine auctoris sui Bu- cardū scholasticū vocauerūt. quā compilationem in viginti li- bros diuisit. de qua pater noster Gratianus multa extraxit. et in nostro volumine cōpilauit. et illa cōpilatione antiqui de- cretorū magistri vtebant. vt in eorū glofa patet intuetū. et hoc cursu deueniemus ad hoc opus quo melius minime reperit- tur in iuridica facultate. Et diuidit hec distinctio in duas p- tes. p̄mo. pbat p̄ quattuor canones q̄ humanū genus re- git duobus. s̄ iuribus et cōsuetudinibus. In secūda pte q̄ i- capit in. §. est alia. et ponit septē differētias iurū. io. de. et p. C. Queri p̄suevit cuius sint ista verba. humanū genus. et. et dicas fm bu. et bertran. q̄ sunt Gratiani. qd̄ p̄z p̄ dictōz i. posita. hinc et. vbi cūq̄. n. ponit hinc vel inde vel similibus dicitio vel iunctura dictionū. s̄. de hoc vel de his vel hmoi p̄ cedētia verba sunt Gratiani non tū semp verum est hoc vt i- ter. §. et. c. ponit hinc vel inde fm bu. Et no. q̄ tractaturus Gratianus de iure canonicō incipit ab altiorū. s̄ a iure natu- rali qd̄ antiquius est tēpore et excellētia et dignitate. Et qua- si p̄missa diffinitione iuris diuidit ius bimedri diuisione. s̄. in ius naturale. et mores vtrūq̄ diuidentiū excoquens. P̄de

terea iterū diuidit ius trimedri diuisione. s̄. in ius naturale et ius gentiū. et vniūquodq̄ membrū excoquit de quibusdam alijs iuribus quasi per transitū faciens mentionē exinde in terferitis appellatione ecclesiastici iuris et officio. et cā inuēno- nis iuris tā ecclesiastici q̄ secularis vsq̄ ad. v. di. postea assi- gnat multiplices differētias iuris naturalis ad cetera iura. et hoc vsq̄ ad. xv. di. vbi incipit tractare de. p̄posito principali s̄. de iure canonico fm bu. naturali. i. diuino. hoc noie com- p̄bendit ius legale. p̄pheticū euangelicū et apostolicū. i. qd̄ cōtinet in nouo i. veteri testamēto. hoc noie etiā cōprehēdit ius canonicū sive ecclesiasticū. xxij. q. vij. c. i. bu. et bertra. ius naturale. i. diuini ius. s̄. qd̄ cōtinet in lege mosayca et cūa- gēlica. et sic accipit hic. Et dicit hoc ius naturale. q̄ summa natura. i. deus nobis illud docuit et tradidit p̄legē et p̄pbe- tas et euangeliū. vel q̄ ad ea que iure diuino cōtinent natu- ralis ratio etiā sine extrinseca excitacione dicit et ipellit. fm bu. qui dicit q̄ si verbis audacia cōcedat secure dicit q̄ hoc ius ipropie dicit naturale. s̄. quia ad ea que in ea cōmētur naturale ius ratio impellit. et ad ea quis ex rōe tenet. Et hoc cōsistit in tribus. s̄. in p̄ceptis. p̄hibitionibus et demonstratio- nibus. p̄cipit qd̄ p̄dest. vt diliges dñm deū tuū. p̄hibet qd̄ ledit. vt nō suraberis. demonstrat qd̄ cōuenit et expedit. s̄. oia esse cōmūta. et omnū esse vna libertatē et repetere vel nō re- petere sua tē. fm. b. qui de hoc plene no. in p̄ocio sic sum- me. in lege. i. in veteri testamēto. bertra. et hoc q̄tū ad māda- ta et p̄hibitiones patet. de hoc no. f. c. di. ius aut. et in euāge- lio. i. in nouo testamēto. bertra. cōtinet. ar. huius littere qd̄ inuere voluerunt q̄ lex nature nō est vna apud oēs. nā cū hic dicit q̄ ius naturale ē quod in euāgelio et lege cōtinet. et hoc nō est cōmune omnibus. quia vt dicit ro. x. Non omēs obediunt euāgelio. ergo lex naturalis nō est vna apud oēs sed dicit fm tho. q̄ hoc quod dicit hic nō est sic intelligendū. quia oia que in lege et in euāgelio cōtinent sunt de iure na- ture cū multa sint et tradātur ibi supra naturā. sed quia ea q̄ sunt de lege nature plene tradātur. vñ notabiliter cū hoc di- xisset Gratianus statim exēplificādo subiunxit quo quisq̄ iubetur alteri facere. et. vt in littera cōtinetur. et facit hoc ad i- telligendū id qd̄. s̄. p̄xi. p̄miserit fm bu. in vbo ius natura- le. vnde contra istā litterā ipse Gratianus obiicit. j. di. v. §. i. v. sed cū. et soluit. j. di. vi. §. bis ita. vbi vide. quo. s̄. iure. alij fa- cere. i. opus misericordie impedere. quod. i. omne quod. ff. de tri. vi. et oleo leg. l. quidam. et dic. quod. i. opus misericor- die. laurent. fieri. hoc vult dicere vt sicut vult sibi a proximo bene fieri et subueniri. ita et ipse benefaciat. p̄xiō subueniatq̄ sibi non aut si vult sibi adulationes vel hmoi illicita a proxi- mo sibi fieri iō et adulec vel huic simile faciat et. hoc. n. p̄pe non dicit velle sed cōcupiscere. nec tunc vere sibi vult aliud quia non ad utilitatē suam vult. quia i odū anime sue vult et fm ps. Qui diligit iniquitatē odit animā suā. Et nota q̄ sicut cōcupiscētia. p̄prie semp in mala significacione ponit. unde dicit non concupiscēs. et. ita et uoluntas p̄prie in bo- no semp accipitur quēadmodum hic. fm gos. et prohibetur. sub. quo uel quod. fm gos. alij iniuste. unde. dic q̄ unde di- uerso modo cōsuevit exponi scilicet. unde. i. quo uel ex quo loco uel ex qua cā. fm pap. sed hic ponit exēplificatiue si- ue declaratiue. in euāgelio. Mathei. vij. oia. s̄. opera miseri- cordie que hic tantū cōprehendunt. ut faciant. hoc uerbum generale est. ff. de uer. sig. l. uerbum facere. lau. eadem. i. cōsi- milia. p̄ximis uerbis in suis necessitatibus exhibet. et hoc est p̄ceptū. ar. lxxxj. di. non satis. sed hmoi p̄cepta et ope- ribus misericordie ad articulos necessitatis et facultatez faci- endi referenda sunt. nec aliter quis sit transgressor. fm hug. et adde ad huius dicit declarationem quod le. et no. lxxxij. di. §. i. et. c. i. hinc yf. cū supradicta uerba sunt Gratiani quā- non ponit hic. §. quia uerba Gratiani ponunt per. §. Ad hoc dicas q̄ hoc ē p̄pter etimologā uocabulū. ga. §. dicit



quasi diuisio scripture. et dicitur a phares quod est diuisio et graphum grece quod est scriptura. vii paragraphus q̄st̄ or̄ uisio scripture. merito ergo hic quia nulla s̄ ip̄ta p̄cesser̄ rat non ponit. §. Gratianus. vii bene et pp̄te p̄nunciando debemus dicere paraphus et non paragraphus. beriran.

**C**In gl. i. ibi. dignius est. adde. vi. v. di. §. i. **C**In e. glo. ibi. §. comodius. hoc adde. p̄mittit Gratianus quasdam iuris diuisiones. et eas prosequit vsq̄ ad. iij. di. in. iij. di. aperit officium tā iuris ecclesiastici. et cām inuentionis q̄ etiam secularis. post assignat differētias multas. et. vi. sequit in gl. fm lau. **C**In gl. signat ibi. istis adde. i. p̄ hoc vt intelligas sacerdotium p̄ ius. naturale. i. diuinū mundum regere et regnuz p̄ mores. i. per ius gentiū et ciuile idē facere gos. **C**In e. glo. ibi. instrumentis. adde. sicut equus regit p̄ militez tāq̄ per actorē et per frenū tanq̄ per ministrū. et dic. duobus. fm hu. l. generibus iuris. nā ibi dicitur a quib̄ hoc per que regatur. nā parum est esse iura nisi sint qui iura regere possint ff. de ori. iu. l. ij. §. post origiē. lau. **C**In e. gl. ibi. cōstitutio dinario. in si. adde. sub quo noie cōprehenduntur quodlibet ius humanū. i. ab homine inuentū p̄ter diuinū siue sit rectum in scriptis siue non. Sic enim accipiuntur hic mores. fm hu. de hoc et etiam no. l. c. di. mos est. et sic fm hoc dicuntur g. magistrī habet respectū ad iuris originē. in si. de iure na. circa si. lau. **C**In gl. sed nōne. ibi. quod vis. adde. i. obsequere. **C**In gl. nunq̄. in si. adde. vel dic q̄ affirmatiuum referi ad euangeliū negatiuum ad legem in **T**hobia dicit q̄d tibi odis fieri alteri ne feceris. Et in actibus apostolorū in ep̄tola que mittitur fratribus qui erant antiochie consilii. uis de sanguine comedendo et de carne suffocata et idoles imolata habetur. et vt generaliter loquamur. omnia que nō uultis uobis fieri uos alijs ne faciatis. Sed queritur de p̄missio p̄cepto affirmatiuo ubi sit in lege. nam ubi sit in euangelio determinat cum dicitur omnia. et. Et dicitur fm bug. q̄ in lege est. diliges proximū tuum et. subueniens ei i suis necessitatibus sicut tibi subuenire uelles in ius. et q̄ hoc sit illud p̄ceptū in lege uite. uide quod habetur in gl. super **L**um locum mat. omnia et. diliges proximū. et cetera similia sunt. vel prohibere expresse non in lege vel euangelio. sed i scriptura canonica. l. di. p̄deret. ij. q. i. p̄mo. p̄. di. l. ij. et de ma. et obe. et l. ca. fm hu. et lau. **C**In glo. i. in bis. in si. adde. vel dic. i. propter hoc facte sunt vel dic. hoc est. i. hoc mandato adimpleto adimplet omne p̄ceptū legis et pp̄betariū quo ad morū p̄cepta. qui. n. hoc scriptum adimplet. id est cū sit de p̄mo diligendo qui ubi diligat non p̄t nisi deus diligat. i. legē adplet. i. nullū p̄ceptū legis n̄ algre d̄t. in his enim dilectionibus tota lex pendet et prophete lau.

**O**mnēs aut diuine. id est a deo p̄missio sine late. vel de diuinis reb̄ late. beriran. humane. i. ab hominibus et de reb̄ humanis sicte. bertran. natura. i. a deo intū et essentia habent. natura. i. naturali equitate regunt. quia naturalem tenent et imitant legem vel constant natura. i. impletur naturali ductu rationis. quia ad ea que in diuino cōtinentur naturalis deus ratio nis etiā sine exteriori eruditio ne impellit. vel cōst̄ it natura. i. firmiter stant. et mirabiliter q̄tum ad p̄cepta moralia. **U**el constant. i. condite sunt. natura. i. secundū naturalem rōnez hominis. quia quicquid in lege vel euangelio continetur naturalis ratio suadet homini. vt diligere deum. nō occidere. et h̄mō. h. p̄mā expositionē tenet lau. et bertran. mores. i. consuetudine scripta vel non scripta. bertran. **U**el dic. i. fm mores. i. assiduus actus hominū. i. ob hoc variant. **U**nde subdi. **I**deoq̄. et. hu. ideoq̄. i. quia moribus constant hu. vel dic. **I**deoq̄. id est quia mores discrepant. vt de cōse. di. iij. sicut in sacramentis. lau. be. l. humane discrepant. ga di

ueritas gentium diuersitate inducit motū. et diuersitas moram diuersitate legum et constitutionū. **N**ā alia est constitutio de continētia ministrorū in orientali ecclesia. et alia in occidentali. xxxi. di. aliter. similiter de receptione hereticorum. de consec. di. iij. ab antiqua. et de ieiunio sabbati. **A**lia est constitutio **A**ediolani. alia **R**ome. xij. di. illa. **E**t de immersione baptizandi. **A**lia consuetudo in vno loco. alia in alio. de p̄se. di. iij. d̄ trina. h. fas. vt hoc melius intelligat di cas q̄ iusticia equalitate importat. deo autē non possumus equuales cōpensare. inde est q̄ iustum fm perfectā rationē non possumus reddere deo. et ob hoc nō dicit̄ proprie ius lex diuina sed. fas quia uidelicet sufficit deo vt impleamus quod possumus. iustus tamē ad hoc tendat vt homo q̄tū possit deo recōpensare totaliter et animam subiciens. scdm **T**ho. **E**t nota q̄ dicit. fas quia per cōstruam eius p̄t videri vel videre quod est nephas. **N**am quod cōtra legē diuina est nepharium est. fm iof. vel sic construe licet magister videatur aliter cōstruere in sequen. §. lex diuina est fas. i. cer setur hoc uocabulo fas. quia quicquid in eo cōtinēt est fas. id est licitū vel est fas. i. dignus dari et bonum et suauē ad faci endū. hic omnino adde. et uideas quod dicitur. xij. q. ij. c. i. in si. lex humana est ius. i. appellatur hoc nomine ius. h. et ce ponti lau. ius. i. stricte. **A**d huius uerbi notitiā sciendum est q̄ consuetum est q̄ nomina a p̄mo sui impositione deorsū antur ad alia significanda. sicut nomē medicine p̄mo ip̄osum est ad significandum remediū quod p̄estatur infirmo ad sanandum. uenun uacū est ad significandum artē qua hoc fit. ita etiam hoc nomē ius p̄mo impositiū est ad significandum ipsam rem iustam. postmodū autem deriuatur est ad artem qua cognoscit quid sit iustum. et ulterius ad significandum locum in quo ius redditur. sicut dicit aliquis cōparere in iure. **A**lterius etiā ius dicitur q̄d redditur ab eo ad cuius officium p̄tinet iusticiam facere. licet etiā id quod decreuit sit iniquū. fm **T**ho. trāsire ab h̄y vllō in cōmodo. h. **C**In i. glo. ibi. de ap. significauit. adde. de hoc. **C**In e. glo. ibi. in p̄mia. adde. ubi si alij accusatores. et. **C**In e. gl. in si. adde. fm hoc habet hic q̄ pluralis locutio infert suas singularitates. **S**ed cōtra et de p̄uileg. vt p̄uilegia. iuxta si. ubi de hoc. **N**ā ibi pluralē restringitur ad singularē dic vt no. in p̄cia de re. ex p̄te. sed dicto illius glo. videtur ob stare et de proba. licet. iuxta mediū ubi quoniam. et si testes fauentiorū de corruptione et. **S**ed. p̄ dicto et sententiā huius glo. ita. facit. ff. de cōdi. in si. l. ij. ff. de manu. testa. l. si ita. sed cōtra hoc facit et de rescrip. olim. ubi de hoc. **C**irca istā materiam dic sic et clare cū duo cōiunctim p̄ponuntur aut ordi nantur ad diuersos effectus aut ad eundem. si ad diuersos. vtrūq̄ probandum est. vt in p̄ca. de re. olim. si ad eundem. aut neutri per se sufficit. et tunc vtrūq̄ probandum est. vt et de rescrip. inter. si autē vtrūq̄ per se sufficit tunc al. trū. p̄bati sufficit. vt in p̄ca. de re. cum tam dudū. nū illi. qui p̄posuit ad vtrūq̄ se astrinxerit. vt in p̄ca. de re. licet. **C**In glo. i. equum est. vel dic. i. licitum est. i. domitio p̄bente. p̄bitione aut domini tollit hanc p̄missionē. et dicitur licitum esse ei in sua natura et a iure naturali p̄missum et a lege mosayca. nam ius posituum ex constitutione licitum est non semper equum est. fm lau. die planias. fas est. i. iure diuino p̄mittit ius non est. i. non p̄mittitur iure humano. sz. b. b̄re. **C**In e. glo. in si. adde. et dicit q̄ de re naturali p̄micio oīa sunt cōmuniā tēpore necessitatis omnia cuiuslibet quo ad sustentationē. iuxta illud. quācumq̄ terrā calcaueris pede tuo tu erit. sed de iure diuino est aliquid propriū etiā in veteri testamento. nam etiam **A**bel de suis agnis. **L**aym de suis frugibus obtulit. et adde. dictum est in sudore vultus tui ueris pane tuo. **E**t nota q̄ triplex est ius naturale. nā ē quoddam p̄ceptū q̄d est in quolibet aiali quo aliqd appetit sz q̄ nihil ē pp̄xiū nulla discernunt fm illud nec etiā aliqd est cōe. et d



hoc non agit hic. Est et aliud quod est inspiratum. i. naturalis equitas quia etiam ante peccatum posset homo se regere de hoc nihil est proprium sed omnia communia. et sic hoc legas litteram diuisam. sic transire per agrum alienum. i. qui est alienus non de iure inspirato sed de iure gentium vel diuino fas est. Est et aliud ius naturale. i. ius gentium. insti. de re. diu. §. singulorum. de quo aliquid est. ppau. et sic hoc lege litteram coniunctam et plana est. quia transire per agrum alienum fas est de iure gentium unde in agro alieno aues capere potest. insti. de re. diu. §. fere. nisi domino prohibente. insti. e. n. §. plane. et ff. de ser. ru. pre. diu. §. fm lau. **U**erbis huius auctoritatis et c. precedentis. i. quo differant. quia differunt in tribus. ut patet in c. pce. bertran. fas est. i. licitum vel equum. legis. i. sit diuina lege. non. n. om. ne licitum est lex diuina hu. cōscripti ut leges hu. traditū ut cōsuetudines. i. ius non scriptum. b.

**H**ic autē. hic non est. §. fz. b. bax. generale nomen. i. diuinum et humanum constitutionum. id est plures sub se continentes species. i. ius diuinum et ius humanum. cuius sunt multe species. b. continens. ut in c. sequen. vsqz ad finem di. bert.

**I**us generale. lex. i. secularis siue humana non ob. se. eo oēs. nā ibi lex accipit large hic uero stricte. et e contra ius hic large ibi stricte fm hu. species. i. ps hu. sub vno. n. iure leges plurime continent. ius autē dicitur vel dic ut c. de ver. sig. ius. omne autē ius humanum. h. legibus scriptis. h. et pro vel. h. moribus. i. iure non scripto. h. constat. id est factū est pce. **I**n. i. glo. ubi cognouerit. adde. siue sci enter siue ignoranter. ut ibi dicit. **I**n. e. glo. ubi siue pscit pto. adde. de istis no. plene. xvi. q. iij. in prin. **I**n. e. glo. ubi qñqz rigor. adde. quid sit rigor no. l. dist. ut constituitur. in glo. p. **I**n. e. glo. ubi contra equitatem. adde. equitas est iusticia dulcor misericordie temperata. **I**n. e. glo. in fi. adde. dicitur qd est equitas quedā iuris rudis non scripta cōtia quā introducta sunt que sunt obiecta. s. p. g. Est iterum equitas secundaria scripta de bono publico inducta. s. qua hic dicit. sunt ergo quedā iura bona et equa simpliciter. insti. de re. diu. §. per traditionē. ff. de pac. l. i. ff. de consti. pec. l. i. sunt et quedā bona simpliciter bona non tñ simpliciter equa ut in pdictis iuribus. dicitur tñ equa respectu alterius iuris quod est iniquū vel minus equū. ff. de furtis. l. si seruus. vbi enim duo iniqua repugnant vniū est eligendū. ff. de reg. iu. l. quotiens. rui. di. nerui. fm lau.

**E**x scripta. insti. picipiens et contrarium phibens. xxij. q. iij. si ecclesia. in fi. et dicit lex eo qd legitime ligat. iij. di. ois. nā plectit malos remunerat bonos la. et no. qd lex a legēdo vocata ē. quia scripta est fm ysi. in. v. et by. c. iij. et fm hoc lex dicitur a lego legis. vel dicitur a ligo ligas qd ligat vinculis et pceptis. fm polli. Et ad huius littere capituli intelligentiā sciendū est qd sicut eoz que p artē sunt exterius quedā ratio in mēte artificis pexistit que dicitur regula artis ita etiā illius operis iusti. qd ratio determinat pexistit in mēte quasi qdā regula. pudente. et hoc si in scriptis redigatur vocat lex. ē. n. lex fz ysi. ut dicitur hic in tex. et ideo lex nō est ius proprie loquendo sed aliqualis ratio iuris fm tho.

**M**os est. Ad intelligentiā eoz que hic dicuntur nota qd mos et cōsuetudo qñqz sunt nomina iuris scōm hoc se habent ut pars ad totū. nā omnis mos est cōsuetudo sed non e conuerso. mos enī est ius non scriptum cōsuetudo vero refert ad ius scriptum et non scriptū. ut i. c. sequenti apte continet. Quādoqz sunt noia qualitatis et fm hoc idē videt esse mos et cōsuetudo scilicet qualitas vel habitus mentis qua homo disponit ad hoc vel illud faciendū et si ad malū viciū est. si ad bonū virtus ē. vel saltē bona qualitas animi. et illa dicitur recondi in medullis hominū. de pe. di. ij. c. i. et fm hoc idem videtur esse mos et cōsuetudo scilz qualitas proueniens ex iteratis actibus quilibet actus silis

post primum ut dicitur cōsuetudo. i. actus cōsuetus id est cōsimilis et qui alia vice pcessit. xxv. q. ij. ita nos. **C**ō. d. cpi. audi. l. nemo. et forte fm hanc significationē sic differunt scilicet qd cōsuetudo dicitur quilibet similis actus post primum tertius vel quartus vel sequens. his bene consideratis ergo non bene videt littera istoz. c. sibi repugnantia. Aliter enī accipit hoc nomen mos et alter hoc nomen moribus. et alie hoc nomen cōsuetudo. ut dicit. i. co. c. in glo. vlti. fm bug. et io. de fa. vel dic planius mos moris est quedā lex viuēdi nullo vinculo astricte siue lex nō scripta sed tñ vsu retenta. vñ mos ē quod in ciuitate solet fieri. vel fm ist. lib. v. et by. c. iij. mos ē uetustate probata cōsuetudo siue lex nō scripta fm pap. et idem ponit hu. in derl. c. moroz. ubi etiam dicit qd hic mos moris. i. cōsuetudo. ut talis mos est in hispania. i. cōsuetudo. et iste sequit morem siue patrie. i. cōsuetudinē. Itē mos est uirtus hominis. sed in plurali. pprie hanc habet significationē. ut iste habet bonos mores. et pprie dicitur de bono. unde maligni mores nō sunt mores sed uicia. et ē ibi oppositio in obiecto fm hu. ibidem. nota tñ qd quidaz ita di stinguit inter morem et cōsuetudinē ut dicant mores ēē qd in uno uel paucis cepit cōsuetudinē qd in pleriqz et sic legunt. mos est longa cōsuetudo plurium tracta de moribz paucorum fm iof. tracta. i. in scriptis non redacta. bertran. **I**n. i. glo. ubi ita nos. adde. in prin. ubi de hoc. **I**n. e. glo. ubi uenerabile. in fi. adde. v. insuper. **I**n. e. glo. ubi cū ecclesia futi. adde. ubi de hoc in glo. non ergo. **I**n. e. glo. ubi cuius nō extat memoria. adde. qualiter. Ita pbari debent plene no. inno. c. de uer. sig. quid per nouale. et c. ueniens. in glo. monasterij habet. rē. ubi uideas. **I**n. ca. glo. in fi. adde. et in pce. c. cum ecclesia futina. ubi de hoc.

**C**ōsuetudo. i. ius cōsuetudinariū. h. ius quoddā sed contra cōsuetudo est factum. c. l. vi. de consti. licet. ff. de legi. l. de quibus. ubi rebus ipsis et factis. nā cōsuetudo contrahit saltem tacite quia cōsuetudo est pactum tacitum et pacificū et cōtrahere. l. facti. ff. de cu. su. p. slio. §. cū quoqz. ff. de pac. l. i. ergo non est ius. dic qd considerando actus ex quibus dicit ipsa cōsuetudo est factum. sed ex quo est dicit tunc est ius. et sic est hic. moribus. i. assiduis actibus. h. pro lege illud quod non est scriptū. hu. scriptura et ratione. l. tantū. i. sine scriptura cum deficit lex puta. qd negocium tale emergit cuius definitio non inuenitur scripta in iure uel in lege et tunc recurrendū ē ad cōsuetudinē s; utroqz deficiente uel succedit ratio naturalis uel de similibz ad similia. pcedendum est uel faciendū est sicut habetur. di. xx. de li. bellis. c. de quibus. h. nec differt. ij. pars. scriptura. i. rōc. h. an rōc. l. tantū et sine scriptura. et nota qd uirtus cōsuetudinis est multiplex. qd ipsa iure est. q. inductiua et suppletua iure. ubi ius deficit. ut hic. ad hoc c. de sepul. c. certificari. itē cōsuetudo ē sibi similiū attractiua uel attentiua ut ius in cis i ducat. c. de cōsue. cū olim. insti. de sancta. in fi. xi. di. quis nesciat. **C**. de ue. iu. enu. l. i. §. fz et si quas leges. ff. de legi. de quibus. ubi tunc qd pximū. rē. Itē est iur dubij interpretatiua c. de cōsue. cū dilectus. ff. e. n. si de interpretatione. itē est iuris interpretatiua. insti. de iure na. §. ex nō scripto. **C**. que sit longa cōsue. l. vlt. itē iur abrogatiua. bec. n. differunt. ff. de uer. sig. derogat. nā abrogatur ius qñ prius tollitur sed ipsi dero rogat qñ pro parte tollitur. vñ cōsuetudo aliquando abrogat aliqui derogat secundum qd cōsuetudo est uniuersalis et pticularis. ff. cōia pce. l. uenditor. §. consistat. ff. de cōsue. se denda. item cōsuetudo est iur firmatoria. iij. di. §. leges. et **C**. de ue. iu. enu. l. i. §. si q leges. c. de pscripti. ueniens. item est etiā gratie dilatiua. c. l. vi. de cōsue. c. non est. i. nihil interest an cōsuetudo sit scripta uel non scripta dūmodo ratione utatur. utrunqz enim sufficit ut legis habeat auctoritatē et ita cōsuetudo continet ius scriptum et ius non scriptum. hu. etiā intelligitur fm iof. dūmodo ipsa cōsuetudo nō sit



contraria iuri scripto. et idem no. j. xij. di. consuetudo. ibi. de hoc satis dicam. et dicit bertran. q. ex isto uerbo. s. rone fuit coposita deere. et de consue. c. vln. quando. i. quiquidem. et ratio non solum scriptura uel aliud uel copula referatur ad accu satiuu. ut dicitur et legem non solum consuetudine. et comen dat. i. comendabilem reddit. que est enim ratio quare lex dicatur ius et habeat in auctoritate quia ratione nunt. eade ratione consuetudo est ius et habenda in auctoritate. quia nunt ratione. et est arg. q. ubi est eadem ratio eadem debz ee iuris censura. arg. xix. di. c. i. de conse. di. i. de hymnis. xliij. di. s. i. fm hu. ratio. licet non semp possit assignari. s. hoc referas ad iudicium. ar. iij. di. in istis. lau. poro. iij. pars. et hoc uult dicere q. lex est ratio quia ratione habet et consuetudo est lex id est pro lege seruabitur. q. habet ratione dūmodo religio ni. et fm bar. b. consistat. i. si de ratione trahat existentiā quo ad comendationem et auctoritatem. lex erit. i. pro lege obser uanda. et legis habebit uigorē. b. omne. i. aliquid de oi. uel omne non genere substantie sed ratione equiuallente dum modo ptingat q. sequit fm Ru. et iof. et ad de qd. dicā. j. c. di. iiii. erit aut. in uerbo scripta. qd. rone. s. tū sine scriptura pe. q. religioni hoc ideo addit q. satis dicitur humana ratio q. q. possit pecuniā fenebrem exercere. sed q. p. rariū est disci pline et saluti nō est ius nec loco iuris seruāt. et ē ar. p. tra leges uirgas p. mittētes. s. q. nō sūt leges nec iura. Itē satis dicitur rō hois q. possit ideo latio et azimis iudeoz. vti. s. q. hoc ē cōtrariū religioni nō pōt hoc de iure. xxxii. q. iiii. sicut sancti xxxviii. q. i. c. omnes. Itē satis rō p. suadet q. q. potest vti vt ore sua in sacro ordine. ul. q. possit p. trahere cū cōsanguinea uel affini v. cū matre. sed q. cōtrariū est disci pline et religioni ecclāstice nō potest de iure hu. et ad hoc q. p. mo dicitū ē cōcor dat Lau. dices hic pone exēplū i. uirga. discipline ecclāstice. nota tū q. hu. de sacro uicore sic disciplinam diffiniūt. disci plina ē bona et honesta p. ueratio cui parū est n. male facit s. studeat etiā i. bis q. bene agit irēphētibilibus apparet et sic dicit yfido. disciplina a discēdo nomē accepit. vñ et scia pōt dici. ul. dicit disciplina a discē plena. uñd s. augustin. et pap. disciplina ē rerū quārumcūq. scia. salutē. s. aic. Lau. C. In p. ma glo. ibi. eo aio. adde. sed quō pōt cōstare de animo siue de intentione dicit ut plene no. imo. et de postu. bone me. ii. in. glo. querit cū et. sic etiā nō. ipse imo. et de capel. mo. c. ii. i. glo. s. recupe rade et hic adde qd. ipse no. et de offi. ordi. p. querit. i. glo. q. est et. C. in e. glo. ibi. bene iudicatur adde. ar. extra de testa. rainut. s. dictus. vñ. p. cedit. de hoc no. xij. di. illud. i. glo. ar. p. tra ibi uideas. C. in glo. hoc uidet ibi. p. tra ius scriptum. adde q. potest dici q. ius deficit cū a cōsuetudine superat s. z. Ad. et Lau. C. in e. gl. ibi. canones iudicabit. adde q. dicit imo. q. iudex appellationis seruabit p. suetudine litigātiū q. dicit ut no. et de p. sue. i. prin. C. in e. glo. ibi. fm leges. adde de hoc xv. q. iij. s. cū aut. v. s. sicut. C. in e. glo. in fine. adde ubi de hoc et ad idē et de p. sue. cū oliz. ubi de hoc et de cog. spi. sup. eo. ubi de hoc. C. in gl. multa. in fine. adde. ut. xxvij. q. ij. s. ij. de cose. di. ij. reuera. C. in glo. q. licet. in fi. adde. ad hoc. xxij. q. iiii. q. peccat. in fi. uel hoc iō dicit q. nulla p. sue tudo ipedit correccionem. et de offi. ordi. irēfragabili. ber. C. Uz itaq. d. in. c. pre. an. rōc. i. sine scriptura. Que uero cōstitutio dicit cōstitutio q. cōe statutū. io. Est et alia. hic in cipit. i. pars. di. in qua ponit. vij. dias iurū fm io. de f. et no. q. hic respicit p. nicipiū ubi diuisit ius in humana et diuina b. nā ibi posuit diuisiones iuris q. toti in patres nunc sub tūgit diuisione illi generis i. spēs quā a legib. mutat io. fa. **H**ic autē naturale. ad hui. euidētā no. q. ē duplex lex. s. naturalis cōis et naturalis rōnalis. cui aialta nō p. nicipāt et de hac. l. tāgū in. c. hoc et an. leges mo saici fuerāt he due leges. s. naturalis cōis et naturalis ratio nalis que nūbū aliud est q. naturalis ratio. fuit etiā et ante il lam legem mosaicam iusgentiū. de quo legitur. j. c. iusgenti

um. fm bo. qui ita no. et de sum. tri. c. i. s. hoc facta. **I**tes nota q. hic diuidit ius i tres spēs uerūm potius de effectib. ipsonū exemplificat q. de effectis ipsoz et dicunt quidā q. ab isto loco ius autem et usq. ad. iij. di. est unū. c. yfi. sed par titur. j. per particularia. c. quia capla loquūtur in diuersa ma teria lau. uille uocat ius ciuile quia a duabus ciuitatibus. s. atheniensū et lacedemonioz originem duxit. Sed uidentur yfi. inconuenienter diuisiones hūanaq. legū ponē siue iur. hu mani. sub hoc. n. cōprehendit iusgentium quod ideo sic no minatur ut dicit quia eo sere omnes gentes utunt ut. j. c. di. iusgentium. i. si. sed sicut ipse dicit. j. c. proxi. ius naturale cō mune est omnū gentū. ergo ius gentiū non continet sub iu re positio humano sed magis sub iure naturali. **P**roterea sicut in ciuitate sunt principes sacerdotes et milites ita et alia hominū officia. ergo uidetur q. sicut ponitur quoddaz ius militare et ius publicū quod p. sūt in sacerdotibus et magi stratib. ita debet poni et alia iura ad alia officia ciuitatis p. te nentia. **R**ū. vñ quodaz per se potest diuidi fm id quod iur eius ratione cōtinetur. sicut in rōne animalis cōtinetur aia que est rationalis uel irrationalis. et ideo animal per se diui ditur secundū rationale et irrationale non autē secundum al bum et nigrum que sunt omnino p. ter rationē eius. **E**t. n. primo de ratione legis humane q. sit deriuata a lege nature unde Aug. in li. de libro ar. bino dicit q. non uidetur esse lex que iusta non fuerit. unde in quātum habet de materia i tantū habet de ueritate legis. in iurib. humanis dicit aliqd iustum eo q. est rectū secundū regulam rationis. rationis au tez p. ma regula est lex nature unde lex humana tantum ha bet de ratione legis inquantū a lege nature deriuat. si uero a lege nature in aliquo discor. det iam nō erit lex s. legis cor ruptio. **S**ecundū hūc modū diuidit ius positiuū in iusgē tium et in ius ciuile secundū duos modos quibus aliqd de riatur a lege nature. nam ad iusgentiū pertinent ea que de riuant a lege nature sicut conclusiones ex p. nicipiis ut iuste emptiones et uenditiones et huius. sine quibus homines cō uenire nō possunt. quod est de lege nature q. homo est aial sociabile naturaliter. ut p. batur in p. mo polli. que uero deter minant a lege nature p. ticularis determinationis p. tinent ad ius ciuile fm q. quelibet ciuitas aliqd sibi ad cōmodū de terminat. secundū est de ratione legis humane fm q. ordine tur ad bonū cōmune ciuitatis. et fm hoc lex humana diuidi tur fm diuersitate illoz qui p. nicipaliter dant operā ad bo num cōe sicut sacerdotes p. populo orantes. p. nicipes popu lum gubernantes. milites. p. salute populi pugnantes. **T**er tio mō ut instituant a gubernate cōitate ciuitatis. et fm hoc diuisiōnē leges humane fm diuersa regimīna ciuitatum. quozū unū est fm p. m. in tertio polli. regimē. s. quando ci uitas gubernat ab uno. et fm hoc accipiunt cōstitutiones p. nicipū. **A**liud uero regimē aristocraticū. i. p. nicipatus siue re gimen optimoz et optimatū et fm hoc sumunt responsa p. ra dentū et etiā senatuscōsulta. **A**liud est regimē abligarcia. i. p. nicipatus paucoz diuitum et potentū. et fm hoc sumitur ius p. torium quod etiam honorariū dicitur. **A**liud est re gimen. p. pter quod denominat democharcia. et fm hoc su mitur plebscīta. **A**liud est tyrannicū qd. est omnino corru ptum. unde ex hoc nō sumit aliqua lex. **E**t autē et aliud re gimen ex istis cōmixtū quod est optimū. et ex hoc sumit lex quā maiores natū simul cū plebsibus aliud sanxerūt. ut dicit yfi. j. di. p. xi. c. i. **Q**uartū est de natura legis humane et di rectiua humanoz actuū. et fm hoc diuersa qbus. l. seruntur diuisiōnē q. interdū ab auctoribus noiant. sicut lex iulia d adulteris. lex cornelia de sicarijs. et sic de alijs non propter actores sed p. pter res de qbus sunt. **C** In. i. gl. ibi. p. cās adde. sub quo similia similibus gaudent quo inter se cōue niunt quo pacē nutriunt quietē appetunt molestias fugiunt et reliq. fa. ciunt q. fm sensuualitate. i. naturale appetitūz habēt



fieri hoc ius nihil aliud uidet esse q̄ sensualitas. et de hoc iure dicit. ius naturale est qd natura oia aialia docuit. scdm bu. qui de hac materia plene no. in p̄oemio sue summe.

**N**atura. q̄ ius naturale hic accipiat. p̄ in-  
stinctu nature innuit id quod sequit eo qd. rē. sed  
si hoc dicitur non competit exempla. supponit er-  
go p̄ instinctu rationis. hoc. n. innuitur in fi. cū dicit. naz. b.  
rē. ut si uis primū dicere dic. nationū. i. nascētū. nec compe-  
tunt omnia exēpla sed quedā. sed dic. fm. nationum. i. homi-  
num et sic competunt omnia exempla et finis. lau. eo q̄ ipsūz  
ius naturale. vbiqz inter oēs instinctu. i. inspiratōne. nature.  
id est dei lau. Nota hic q̄ omnia illa ad que habet homo na-  
turalem inclinatioē apprehendit ut bona et per consequens  
ut opere prosequenda et cōtraria bonūz ut mala vitanda. In  
his tamē est triplex ordo. est enim inclinatio bonūz ad bo-  
num fm naturam inquantū cōicit cum omnibus substan-  
tijs prout quelibet substantia appetit cōseruationem sui et  
fm naturā suam et fm hanc inclinationēz pertinet ad legē na-  
turalem ea per que uita bonūz cōseruatur et contrarium ipe-  
ditur. Secūdo inest homini inclinatio ad aliqua magis spe-  
cialia fm naturāz in quo cōmunicat cum ceteris animalibus  
et fm hoc dicuntur ea esse de lege nature que natura omnia  
animalia docuit. ut est coniunctio maris et femine. educatio  
filiorum et similia. Tertio est inclinatio hominis ad bonum  
fm naturāz rationis que est sibi propria sicut homo habet na-  
turalem inclinatioē ad hoc ut ueritatem cognoscat de deo  
ad hoc q̄ in societate uiuat. et fm hoc ad legem naturāle per-  
tinet ea que ad bonūz ueritatem spectant. ut pote q̄ hō igno-  
rantiam vitet et aliquos non offendat cū qd̄ dōz cōuersari. et  
bonūz. non constitutione sup. tantū. uel referas ad originēz et  
initium iuris naturalis. nam ea que sequuntur nūc in scriptis  
redacta sunt. vel dic. constitutione. i. ratione humana fm. b.  
dei nāqz constitutione est coniunctio maris et femine ipso dī-  
cente. crescite et multiplicamini. et de hac sitim dicam. ut iuri  
hic ponitur. i. effectus iuris naturalis. cōiunctio. xl. di. sic.  
lau. ut tamen hoc melius intelligas scire debes q̄ matrimo-  
nium potest dupliciter considerari inquantū est res et in quā-  
tum est signum. cōsiderando rem matrimonij. que est cōiun-  
ctio maris et femine. sic est de lege naturali. nā cōiunctio ma-  
ris et femine naturalis est. sed q̄ illa cōiunctio ista significat  
scilz inseparabilitatē uel cōiunctionem chasti et ecclēsie et ani-  
me sancte ad deū hoc habet a diuina institutione fm Alex.  
successio alias susceptio melius. p. et possessio. i. res possesse  
alias eaz possessio sit nomen iuris cōiter possideri nō potest  
nec aliquid a pluribus insolidū. nec naturaliter nec ciuilitē  
possidetur. quod dicit ut legitur et no. ex. de proba. licet. scdm  
lau. Dic circa hoc q̄ lex naturalis circa cōmunionē et pprie-  
tatem dicitur differēt. dicitur enim aliquid quia debitum ali-  
quid quia bonū. aliquid quia equū. Quia debitum dicitur  
